

Epiphania Dni

SERMO

XV

In epiphania domini de euangelio sermo

XV.

Quoniam esset iesus in bethleem iude in diebus herodis. ecce magi ab oriente venerunt hierosolimā. **math. ii.** Sic dicit **ecc. ij.** Sapientia abscondita et thesaur^{us} inuisibilis quod utilitas in vtilis. Siquide de^{us} pater mor^{tis} misericordia super insipientia et paupertate nostra miserat nobis sapientia omnia docente. et thesaur^{us} omnia replente. scilicet filii sui qui est sapientia et thesaur^{us} su^{us}. **Coll. ij.** Ipse est in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Sed miserat eum in sacco nostre mortalitatis in quo abscondebatur. et ideo ut nobis esset utilis et p^{ro}ficuus hodie manifestavit per stellam. Et hoc valde arguit. Quia signum debet respondere signato. Theaur^{us} autem iste manifestatus erat lux vera que illuminat omnem hominem et ideo per stellam signum lucis et veritatis debuit revelari. De cuius manifestatione et veneratione habet in principio euangelio. Quod quidem euangelium summarie quatuor continet. Primo dicitur magorum adventum ad christum inquirendum ibi. **Rudis** autem herodes rex iudeus valde timens quod magorum profectum ad christum venerant dum ibi. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella. **Quarto** dei responsum magis factum ad suam patriam remeandum ibi. Et responso accepit somnum. ne rediret ad bethleem. **Primo** quod promissum magorum adventum ad christum inquirendum ibi. **Quo** natus esset iesus in bethleem iude. ad differentiam alius bethleem que erat in galilea in tribu zabulon ut patet iosepho. **In** diebus herodis regis. Sed quare non dixit in diebus octavianis cesaris. Et dicendum quod hoc non dicitur ut dicitur prophetia iacob que habet gen. **xliv.** Non auferet sceptrum de iuda et dux de se eius donec veniat qui mittendus est. Sed iam ablatum erat sceptrum de iuda. quia iste herodes erat alienigena. qui primus rex iudeorum fuit. Et sic euangelista probat christum venisse ex triplici prophetia. **Ex** prophetia iacob que prophetauerat ut dictum est de tpe. **Et** prophetia michae que prophetauerat de loco ut infra dicitur. **Et** prophetia balaam que prophetauerat de ortu stelle. **Num. xxiiij.** Orietur stella ex iacob. **Manifestum** est ergo christum natum esse cum omnes iste tres prophetie uno tpe sunt implete. **Esa.** autem de adventu isto tpe prophetauerat ut in epistola hodierna. **Et** idem euangelista hoc purissime superpones ait. **Cum** natus esset ecce magi non magi vel malefici ut qui dicitur hoc magi. sapientes et philosophi. **Uenerunt** enim sapientes et philosophi in terra per sarum. **Nam** magus lingua per sarum idem est quod philosophus lingua greca. et sapiens lingua latina. **Ab** oriente venerunt hierosolimam. id est pre orientis venerunt hierosolimam non vocati. et idem hac nocte non dicitur iurato.